

QK. 304.

v. Meyendorff

Z c

6511

EPITHALAMI=

ON SCRIPTVM VIRO NOBILIS

LI ANDREAE A MEIENDORFF VIR-

TUTE ET DIGNITATE PRAESTANTI, ET

VIRGINI NOBILI IPSIVS SPONSAE

EMERENTIAE AB ALVENSLE-

BEN, PVDICITIA, PIETA-

TE, ET ALIIS VIRTU-

TIBVS ORNATAE.

EDITVM A IACOBO

VVALTERO.

ANNO 1551.

VII. Octob.

VVITTEMBERGAE.

HAEREDES GEORGII RHAV

EXCVDEBANT.



EPITHELAMI
SOCIETATIS VIRO NOB
LITATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT
SOCIETATIS A MENDICANT

EDITUM A IACOBO
WALTERO

ANNO 1771
VII. Octob.

VITTEMBERGA
HABITUS GEORGII
EXCVDENT

LIBR. O. H. B. C. A.
VITTEMBERGA



EPITHALAMION SCRIPTVM VI-
RO NOBILI ANDREAE A MEIEN-

DORFF VIRTUTE ET DIGNITATE

præstanti, & uirgini nobili ipsius sponsæ Emes-

rentiæ ab Aluensleben, pudicitia, pietas-

te, & alijs uirtutibus

ornate.

Mens ea quæ rerum primas exorsa figuras
Totius hoc tantum condidit orbis opus:
Mens ea casta Deus casto nos pectore cunctos
Nota pudicitia iura tenere iubet:
Ut, cum corporeo non illum brachia tactu
Prendere, non acies luminis vlla queat,
Hac tamen eximia virtutis imagine possit
Concepisse suo pectore quisq; Deum.
Atq; Creatorem discernat ab omnibus vnum,
Queis errans nulla lege libido placet.
Hac igitur causa nos moribus esse pudicis
Edicto mandans præcipit ipse suo:
Legitimo certas posuit quoq; limite metas
Intra quas septus contineatur amor.
Ille suas temere ne mittat vbiq; sagittas,
Quolibet aut ponat retia tensa loco,
Fœmina sic vni iungatur & vna marito,
Hæc vt nulla queat soluere vincla dies:
Quam quæ mortifero quoq; frigore membra resoluat,
Ac animas cœlo, corpora reddat humo.

A ij His

His erumpentes si qui de finibus audent
Se non concessis contemerare modis.
Istorum summus magni regnator Olympi,
Attenta nullas accipit aure preces.
Quid? quod & aduersus violati crimina lecti
Pœnarum multis sunt monumenta locis.
Declarat iustas minitans, quibus, omnibus iras,
Quos Venus illicito turpis amore iuuat,
Excelsis Sodomæ steterant vbi mœnibus arces,
Nunc tenet infectas sæua Mephitis aquas.
Hanc Deus ætherijs exusserat ignibus urbem,
Quòd coleret iusti fœdera nulla thori.
Aspicienda suæ quò signa relinqueret iræ,
Nil nisi sulphureum stagna bitumen habent.
Inclyta subuersis ceciderunt Pergama muris,
Quòd fuit à Phrygio rapta Lacæna viro.
Prisca quid infandos renouem tibi Sparta dolores?
Fertur & hæc casus causa fuisse tui.
Quòd Scedasi tristes senis aspernata querelas,
Non tibi de natis cura duabus erat,
Quas furijs acti nimioq; libidinis æstu,
Heu ciues ausi sunt violare tui.
Ergo vir ô multis animi clarissime donis,
Consilij ratio est ista probanda tui.
Quod vetito Venerem deuittans igne vagantem,
Legitimi præfers fœdera casta thori.
Assumisc; tuæ sociam vitæq; precumq;
Illa Deo pietas istaq; vita placet.
Qui præsentem sacris aderit quoq; numine tædis,
Coniugioq; dabit mitia fata tuo.

Vtq;

Vtq; det ac ducta bene te cum coniuge seruet,
Sunt animi semper maxima vota mei.
Quæ poterit, si quæ mœstus solatia quæras,
Maïor lætitiæ causa fuisse tuæ?
Ista stat haud dubia q̄ quod sententia mente,
Firmiter immotam corde tenente fidem.
Grata quod illa Deo, quam degis, vita probetur?
Actua non uetitis vela ferantur aquis?
Hos quoq; si qua fides vero, Deus approbat ignes,
Vreris in nupta qualibus ipse tua.
Hac, ait, immensas natum sub imagine flammæ,
In sponsam Christum significasse suam.
Sponso diligitur si sic Ecclesia Christo,
Ipse tuam fido pectore lætus ames.
Quid loquar illius dotes numeremq; puellæ,
Dicitur amplexus quæ subitura tuos?
Hæc quoq; quo merito foelix læteris habebit,
Accedetq; tuo gloria magna thoro.
Nam licet insignes præstans Heroïdas æquet,
Innumeris pulchri corporis illa bonis.
Quæ tamen ornatum formæ supereminet omnem,
Plus ea virtutis nomine laudis habet.
Sacra colens vero veneratur numina cultu,
Insigniq; timens cum pietate Deum.
Cumq; Dei nato de nostra sancta salute
Nouit, & vt magnas verba tuetur opes.
Nec nouisse tamen satis est: in moribus ipsis,
Quædam magna piæ mentis imago patet.
Talia uirtutum quibus est ea prædita multis,
Semina de claris edita traxit auis.

Quorum

Quorum nobilitas multis celeberrima terris,
Ac tenet illustrem fama superba locum.
Gebhardus genitor fuit Albenslebius illi,
Vir multis clarus laudibus ille fuit.
Qui licet indomitis fera praelia promptus in armis,
Miscuerit forti saeuacq; bella manu.
Non minus ad placidas ciuilibus idoneus artes
Vitae, ac ad tutae commoda pacis erat.
Tu quoq; virginei decus exemplumq; pudoris,
Hunc tibi grateris casta puella virum.
Eximia qui cum praecellat munere formae,
Plus tamen egregias mentis amabis opes,
Siue quis est varijs prestans virtutibus heros,
Est ad virtutis quodlibet acer opus:
Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes,
Hic quae sit vitae regula vera tenet.
Ac Astraea tuas nouit iustissima leges,
Ipsa quibus populos cunctaq; regna regis.
Ac omni possint quo publica parte iuuari
Commoda, consilijs utile pectus habet.
Quid loquar antiquis claros maioribus ortus?
Aut veteres tantae carmine stirpis auos?
Vnde sui generis simul & primordia traxit
Ornamentorum mens quibus aucta viget.
Parta quid enumerem gestis insignia bellis?
Ipsum commendet, qui pater vnus erit.
Vnus erit qui te sublimia tollat ad astra,
Altera si tibi non gloria sponse foret.
Cinxerat infestis Gallus legionibus urbem,
Ticinus gelidis quam prope fertur aquis.

Caesar

Cæsar & aduersos ulturus Carolus hostes,
Fixerat Insubrium castra locata solo.
Illius eluxit quando clarissima virtus,
Promptaq; fundendo Cæsaris hoste manus.
Quo bellatrices fertur Iouis ille volucres,
Traditaq; imperij signa tulisse loco.
Non minus & Turmas duxisse armatus equestres,
Lilia Cæsarea cum cecidere manu.
Dumq; animis presens violentos fertur in hostes,
Tela per & missos igne volante globos.
Dura tot accepit funesto vulnera bello,
Quæ necis eximio causa fuere viro.
Fœlices animæ quibus hoc occumbere fato,
Partaq; tutari regna decusq; datur.
Ac fortes inter virtus celebrabitur horum,
In cœlo Phœbi donec agentur equi.
Vos quoq; fœlices istis quos patribus ortos
Legitimo castos fœdere iunxit hymen.
Viuite Nestorios animis concordibus annos,
Sydereo digni nuptaq; virq; polo.
Detur inoffensæ metam contingere vitæ,
Fortunent vestras prospera fata dies.
Vos liquidî seruet rex ætheris ille, ligauit
Qui duo concordis corpora lege thori.
Ac det vt ipsius quoq; vos Ecclesia sitis,
Quæ veneranda pia numina mente colat.
Sacraq; diuinæ resonans præconia laudis,
Omni sit summo tempore iuncta Deo.

FINIS.

...myri inuenerunt per vos clamando Ma
tyoculis: ve ve ve qd dixerunt, ve vobis pater
dixi, qd mihi in spiritu inspirasti qd p malum gesserunt
illinos caeli iam am mihi somasti in quardini
poculus inferni qd nunq vobis angelis apricimus.
namis emi p malum huiusmodi conqua glorio me pe
pyma vos iudicau ad igne de quo nunq negandios am
di con maludistim qd mihi inspirasti qd huius conuentione
is = detestationibz me gemitibz caeli pcurasti iam
uistitia quam nunq sequitur a ligna uolubia, q
lingua quanta mala mihi fecisti qd tot huiusmodi
di modo os meum mille annis = amplius clama bis
inimicor qd admirabilis. I maluditi oculi qd nunq p
is unum huiusmodi fundisti conam sacerdotibz iam in
is ve inuoluntabilis conuentionibz qd cum mille mil
arum unuorum huiusmodi nunq inu conuentione
quid gloria, tunc dicitur mouit cadere sup nos, &
nos a facie sedentis in throno.


2051

...Sunt vox altissimi glorio dicitur eis forma ualende
dicitur a me ab omni laetitia mea = a meis angelis que
his pcedit qd p psonibz nullum unum unum exhibuit
ir ut vobis no amplius custodiam sed in manibz inimic
urum vos desolatis uelinguam, Discedite a sanctis
in conuentione inimici uolubis. # Discedite a me
vobis nunq dilectam uocem unum unum unum unum
conuentione glorio unigiam unum oculi vobis amplius de
vidam Discedite ergo maluditi a caelo qd nunq
aliquos boni diabo vobis de caelo discedite Discedite
a terra, qd de ipsa conuentione vobis nunq aliquos boni
Discedite maluditi ad inferni qd vobis nunq tam conuentione
hi sunt vobis fide sine ueniam sine

X2207308

MC





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Yendorff

Zc
6511

LAMI=

VIRO NOBI=

NDORFF VIR=

RAESTANTI, ET

VS SPONSABE

LVENSLE=

PIETA=

RTV=

TAE.

ACOBO

O.

51.

RGAE.

GII RHAV

NT.

THECA
VIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)